

Die Urkunden Karls des Großen, 216

(C.) In nomine patris et filii [et] spiritus sancti. Karolus serenissimus agustus a deo coronatus magnus pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam dei rex Francorum et Langobardorum. Veniens ante nos Aquisgrani palatii nostri publici homo alicus nomine Salacus nobis innotuit, eo quod homo alicus nomine Tingulfus ei fideiussoris datus habuisset, ut infra noctis XLII ante nos sibi adpresentare debuisset pro aliquas causas in racionis. Tunc ipse Salacus per triduum seu amplius, ut lex habuit, placitum suum legibus custodivit et ipso Tingulfo ibidem iactavit vel solsedivit et memoratus Tingulfus nec ad eao placito vinit nec nullum direxit advicem suum, qui pro eao sonia nunciasset, sed iactivus exinde in omnibus aparuit. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id sunt Gerulfus, Guntlandus, Hedo, Armannus, Hamricus, Sicardus, Rotbertus comitibus, Isegerus, Ingenoldus, Agmbinus seu et Acilo vel Amalricus comiti palatii nostri vel reliquis quam plures visi fuemus iudicasse, ut, dum ipse Salacus placitum suum legibus custodivit vel adiaactivit, sed memoratus Tingulfus nec ad eao placito vinit nec nullum direxit advicem suum, qui pro eao sonia nunciasset, et iactivus exinde aparuit. Propterea iubemus, ut, dum ac causa sic acta vel perpetrata esse cognovimus, ut memoratus Tingulfus incontra sepe dicto Salacono de illos iactus, sicut lex locis vestre de tale causa docuerit, omnino conponeat vel emendare studeat.

(C.) Ego Eldebertus recognovi et (SR.). (SI. 2.)

(C.) Datum quod fecit mensis mar. dies VIII anno XII Christo propicio imperii domni nostri Karoli et XLIII regni eius in Francia adque XXXVIII in Italia, indiccione III; in dei nomine feliciter amen.